DECISIONES SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI,

A

VINCENTIO DE FRANCHIS

EIVSDEM CONSILII CONSILIARIO, PRÆSIDE, VICEPROTHONOTARIO, & apud Catholicam Maieſtatem electo in Supremo Italiæ Conſilio Regente,

Collectæ.

Vnà cum Præludijs, & quæſtionibus ad Feudorum vſus

IACOBVTII DE FRANCHIS REGII CONSILIARII,

Quarum nouiſſima hæc VENETA editio

Diſperſas in diuerſis Voluminibus Præclariſſimorum Iuriſconſult. Additiones,

HORATII VISCONTI, } IO: ALOYSII RICII,
FLAVII AMENDOLÆ, } IO: MARIÆ NOVARII.

Sub ſua Deciſione diſpoſitas continet,

ET SCHOLIA EIVSDEM AMENDOLÆ AD FEVDORVM PRÆLVDIA, Annotationeſq; PETRI ROITII V.I.D. TAVRINENSIS COLLEGIATI

NECNON

OBSERVATIONES IN SINGVLAS DECISIONES

CAROLI ANTONII DE LVCA

Cum nouiſſimis Deciſionibus eiuſdem Sacri Regij Conſilij ac Regiæ Cameræ Summariæ in Obſeruationibus.

Opus Vtile, & Neceſſarium, cum ſuo Indice generali.

TOMVS SECVNDVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VENETIIS, Apud Nicolaum Pezzana. MDCXCIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

DECISIONES SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI,

Secunda Pars.

VINCENTIO DE FRANCHIS, EIVSDEM SACRI CONSILII Conſiliario Auctore.

SVMMARIVM.

1 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
2 *Animal non recipit diuiſionem, niſi in pretio, & n. 3.*
4 *Sententia non debet reddi fruſtratoria.*

DECISIO CCXXVIII.

Obligatus præſtare quatuor pro quibuſque centum animalibus, ſi tantum habeat quis quinquaginta, tenebitur etiam pro rata.

PEr Sententiam Sacri Conſilij (me referente) fuit declaratum Mag. Baroni A-
iete deberi pro ſingulis centum anima-
libus Ciuium ouinis, & caprinis pa-
ſcua ſumentibus in quodam territorio
nominato, *lo Conſueto*, duas oues, &
duas capras; & propterea dicebant ali-
qui ciues prædictæ terræ Aietæ, qui habebant oues, &
capras infra numerum quinquaginta, eos ad aliquid
1 non teneri: quia ſententia † eſt ſtricti iuris, *l. 1. C. ſi plu-
res vna ſententia*, & cum de eis non loquatur, ad ipſos nõ
extenditur, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth.* nec animal
2 † recipiebat diuiſionem: Deciſum tamen fuit deberi
æſtimationem animalium infra numerum quinqua-
ginta pro rata ex dec. *gl. in c. 1. ext. de decim.* vel quod iun-
ctis in vnum animalibus Ciuium fieret ſolutio iuxta
formam ſententiæ: & dictum fuit non obſtare, quod ſen-
tentia de eis non loquatur, quia dicebatur ſententiam
ipſam hunc caſum comprehendere: quia quamuis ſen-
tentia ipſa non poſſit habere effectum in corpore, habe-
3 bit tamen effectum † in æſtimatione, cum eadem ſit ra-
tio, ex quo lex non attendit verba, ſed ſenſum, *l. ſi quis fi-
lium C. de lib. præter.* & proindè, ſi ceſſarent verba legis,
non ceſſabit eius diſpoſitio, & mens ſecundùm Iac. de
Arena, *in l. qui autem, n. 4. ff. quæ in fraud. cred.* & verba
ſunt referenda ad ſenſum hominis benè ſenſati, *c. ex lit-
teris*, vbi Abb. *in 3. not. ext. de ſponſ.* ſoluitur enim hoc ius
ratione paſcui, quo ſic vtuntur habentes pauca anima-
lia, quemadmodum, & qui plura. Item quia de facili ſen-
4 tentia poſſet reddi † fruſtratoria, quod lex abhorret, *l. ſi
prætor, ff. de iud.* facilè enim Ciues occultè inter ſe poſ-
ſent animalia diuidere, & maximè iſti, qui cum liuore,
cum Barone litigauerunt, & litigant; & nouiſſimè, quia
numerus in ſententia expreſſus, fuit expreſſus ratione
demonſtrationis quantitatis, qui ſolui debet pro oui-
bus paſcentibus in territorio, non autem taxationis
quantitatis, pro qua ſolui deberet; Quo caſu ſuccedit
diſpoſitio tex. *in l. quidam teſtam. ff. de legat. 1.* die 14. Iunij
1580. Caro Actuario.

ADITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. adde ſupra *dec. 172. n. 8. vbi adde.*
Num. 2. adde Roma. *conſ. 454. nu. 3.* & Maril. *in Conſuet. Barẽ fol. 46. n. 34. in nouis.*
Num. 4. vide Cacher. *dec. Pedem. 63.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Limitatur l. 1. C. ſi plures vna ſententia.*
2 *Sententia pro virili intelligitur, etiamſi ſint in ſolidum obligati.*
3 *Diuites tenentur ſoluere pro pauperibus inſimul condemnatis pro delictis; & ibi rationem videto.*
4 *Periculum animalis mortui ad quem ſpectet, & alia.*
5 *Condemnatus ad expenſas, an cenſeatur condemnatus ad damna, & è contra.*

AD numerum primum de ſententia, an ſit ſtricti iuris, adde
omninò Afflict. *in deciſion. 315.* Grammat. *deciſion. 68.* † 1
Quod autem ſententia reſtringi debeat, quoties reſtrin-
gi poteſt, ſalua iuris, & ſermonis ratione, & lata pro
reo fideiuſſori non proſit, Aym. Crauetta, *in conſ. 188. n. 8.* Me-
noch. *conſ. 130. vol. 2. & de Arbitrarijs Iudicum, q. 69.* Sed de hoc,
quandò aliàs ſit facienda interpretatio, videndus eſt Magonius *in
dec. Florent. 3.* & Oſaſcus *dec. 64. n. 3.* qui optimè loquuntur. Quod
† autem ſententia pro virili intelligatur, & ſtrictè, etiam ſi obli- 2
gati eſſent in ſolidum, ita tenuerunt Boerius, *deciſ. 19. nu. 8.* & Ro-
ta Ianuenſ. *in antiquis, 28.* Sed contrarium videntur concludere
Lanfrancus Balbus, *in deciſ. 327.* & Cabballinus *in Milleloquio
400.* alia ponit Abbas pro Boerio *in conſ. 33. num. 8. p. 2.* Sed † 3
in delictis ſi ſit condemnatio in plures, diuites tenentur ſolue-
re pro pauperibus, Boerius *in deciſ. 310.* & ratio meo iudicio po-
teſt eſſe, quia in delictis ante, & poſt ſententiam aliqui tenuerunt
quemlibet in ſolidum teneri, quod ego pro conſtanti non habeo,
per ea, quæ aliàs ſcripſi, quæ ſuo tempore imprimentur. Ad finem
huius deciſ. de lege, quidam teſtamento, adde Bart. *in l. inter
ſtipulantem, §. ſacram, num. 6. ff. de verb. oblig.* Durandum de